

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Ad Serenum, quod in sapientem non cadit iniuria

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1509)

per se timuisset descendere.

Habes, Serene carissime, quæ possint tranquillitatem tueri, quæ resistere, quæ sunt repentibus vitis resistant. Illud tamen scito, nihil horum satis esse validum, rem imbecillam servantibus, nisi iactata & assidua cura circumbeat animum labentem.



L. ANNÆI SENECAE

AD SERENVM, QVOD IN

SAPIENTEM NON CADIT INIVRIA.

CAPVT I.

ANTVM inter Stoicos, Serene, & ceteros sapientiam profectos interesse, quantum inter scæminas & mares, non immerito dixerim: cum utraque turba ad vitæ societatem tantundem conferat: sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit. Ceteri sapientes molliter & blande, ut fere domestici & familiares medici, ægris corporibus, non qua optimum & celerrimum est medentur, sed qua licet. Stoici virilem ingressi viam, non ut amœna ineuntibus videatur curæ habent. sed ut quamprimum nos eripiant, & in illum editum verticem educant, qui adeo extra omnem teli iactum surrexit ut supra fortunam erigatur. At ardua per quæ vocamur & contrariosa sunt. Quid enim plano adiur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt quam quidam putat. Prima tantum pars saxa rupisque habet, & inuij speciem; sicut prætaque ex longinquo speculantibus abscissa & connexa videri solent, cum aciem longinquitas fallat. Deinde propius aduentibus eadem illa quæ in vauum congesserat error oculorum, paulatim adaperiuntur: tum illis quæ præcipitia ex intervallo apparebant, redit lenè fastigiũ. Nuper eũ incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas (sicut es iniquitatis impatiens) quod Catonem ætas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios & Cæ-

& Cæsares surgentem, infra Vatinios posuisset: & tibi indignum videbatur, quod illi dissuasuro legem, toga in foro esset erepta, quodque à Rostris vsque ad arcum Fabianum per seditiosæ factionis manus tractus, voces improbas, & sputa, & omnes alias insanæ multitudinis contumelias pertulisset. Tunc ego respondi, habere te quod Reipublicæ nomine moueris, quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac pessimus quisque venundabat: & cæca cupiditate corrupti non intelligebant, se, dum vendunt, etiam venire.

CAP. II. PRO ipso quidem Catone securum te esse iussi. Nullum enim sapientem nec iniuriam accipere, nec contumeliam posse. Catonem autem certius exemplar sapientis viri nobis deos immortales dedisse, quam Vlixem & Herculem prioribus sæculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiauerunt, inuictos laboribus, contemptores voluptatis, & victores omnium terrarum. Cato cum feris manus non contulit, quas consecrari veneratoris agrestisque est: nec monstra igne ac ferro persecutus est, nec in ea tempora incidit, quibus credi posset cælum vnus humeris inniti, excussa iam antiqua credulitate, & sæculo ad summam perducto solertiam. Cum ambitu congressus, multiformi malo, & cum potentiæ immensa cupiditate, quam totus orbis in tres diuisus satiare non poterat, aduersus vitia ciuitatis degenerantis, & pessum sua mole fidentis stetit solus, & cadentem Rempublicam, quantum modo vna retrahi manu poterat, retinuit: donec vel abreptus vel abstractus, comitem se diu sustentatæ ruinæ dedit: simulque extincta sunt, quæ nefas erat diuidi. Neque enim Cato post libertatem vixit, nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse à populo, quod aut præturam illi detraxit, aut togam: quod sacrum illud caput purgamentis oris asperxit? Tutus est sapiens, nec vlla affici aut iniuria aut contumelia potest.

CAP. III. VIDE OR mihi intueri animum tuum incensum & efferuescentem. Paras acclamare: Hæc sunt, quæ auctoritatem præceptis vestris detrahant. Magna promittis: & quæ ne optari quidem, nedum credi possint. Deinde ingentia locuti, cum pauperem negastis esse sapientem, non negatis solere illi & seruum, & vestem, & tectum, & cibum deesse. Cum sapientem negastis insanire, non

negatis & alienari, & parum sana verba emittere, & quicquid vis morbi cogit, audere. Cum sapientem negastis feruum esse, iidem non itis inficias, & venum iterum, & imperata facturum: & domino suo seruilia præstiturum ministeria. Ita sublato alte supercilio, in eadem qua ceteri, descenditis, mutatis retum nominibus. Tale itaq; aliquid & in hoc esse suspicor, quod prima specie pulchrum atq; magnificum est, nec iniuriam, nec contumeliam accepturum esse sapientem. Multum autem interest, vtrum sapientem extra dignationem, an extra iniuriam ponas. Si dicis illum æquo animo laturum, nullum habet priuilegium. Contigit illi res vulgaris, & qua dicitur ipsa iniuriarum assiduitate patientia. Si negas accepturum iniuriam, id est, neminem illi tentaturum facere, omnibus relictis negotiis Stoicus esto. Ego vero sapientem non imaginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla perueniat iniuria. Quid ergo? nemo erit qui laeessat, qui tentet? Nihil in rerum natura tam sacrum est, quod sacrilegium non inueniat. Sed non ideo diuina minus in sublimi sunt, si existunt qui magnitudinem multum ultra se positam non icturi petant. Inuulnerabile est, non quod non feritur, sed quod non læditur. Ex hac tibi nota sapientem exhibeo. Nunquid dubium est quin certius robur sit, quod non vincitur, quam quod non laeessitur: cum dubiae sint vires inexpertae: at merito certissima firmitas habeatur quae omnes incurfus respuit? Sic tu sapientem melioris scito esse naturae si nullus illi iniuria nocet, quam si nulla sit. Et illum fortem virum dicam, quem bella non subigunt, nec admota vis hostilis exterret, non cui pinget otium est inter desides populos. Huiusmodi igitur sapientem nulli esse iniuria obnoxium. Itaque non refert quam multa in illum concitiantur tela, cum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari adamas, aut caedi vel teri potest, sed incurrentia vltro retundit: quemadmodum quaedam non possum igne consumi, sed damna circumfusa, rigorem suum habitumque conseruant: quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt, nec ipsi vlla sauitiae vestigia tot verberati saeculis ostentant: ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, vt tam tutus sit ab iniuria, quam illa qua retulit.

IN SAP. NOV
 CAP. IV. Quid
 dicitur tenet
 Maiore cum
 dicitur est, quam
 perterat. Est
 in feruentium
 rem omnes con
 tormento in
 literant, cura
 cum stobis ille
 set, vllam sap
 fundum cathem
 stia humanas
 ruunt, aut im
 quicquid sit in
 frustra tentam
 vellet. Rem d
 riam. At non h
 ins qui pari, ne
 gis vires sapient
 cut maximum an
 pollentis trita
 tibi videtur. Ser
 tua grauior est
 qua non la hanc
 morum dissolutio
 rent. Sic in om
 di malis, & qui
 quam contumelios
 est, vt non dolere
 more perueniat
 naturam deformam
 catiboniam vana
 aliaque vana
 vna propinqua
 autem vana
 illi est vana
 est, non potest
 CAP. V. In
 Nam si inu

CAP. IV. Quid igitur? non erit aliquis qui sapienti
facere tentet iniuriam? Tentabit, sed non peruenit ad
eum. Maiore enim interuallo à contactu inferiorum ab-
ductus est, quam ut vlla vix noxia, vsque ad illum vires suas
perferat. Etiam cum potentes, & imperio editi, & consen-
su seruientium validi, nocere ei tentent: tam citra sapien-
tera omnes eorum impetus deficient, quam quæ netus
tormentisve in altam exprimuntur: cum extra visum exi-
lierunt, citra cœlum tamen deflectuntur. Quid tu putas,
cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscuras-
set, vllam sagittam in solem incidisse? Aut dimissis in pro-
fundum cathenis Neptunum potuisse contingi? Ut cœle-
stia humanas manus effugiunt, & ab his qui templa di-
ruunt, aut simulacra constant, nihil diuinitati nocetur: ita
quicquid sit in sapientem proteruè, petulanter, superbè,
frustra tentatur. At fatius erat, neminem esse qui facere
vellet. Rem difficilem optas humano generi, innocen-
tiam. At non fieri, eorum interest qui facturi sunt, non e-
ius qui pati, ne si fiat quidem, potest. Immo nescio, an ma-
gis vires sapientia ostendat tranquilla inter lacescentia: si-
cut maximum argumentum est imperatoris armis virisque
pollentis tuta securitas & in hostium terra. Diuidamus, si
tibi videtur, Serene, iniuriam à contumelia. Prior illa, na-
tura grauior est: hæc leuior, & tantum delicatis grauis:
qua non læduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen ani-
motum dissolutio & vanitas, vt quidam nihil acerbius pu-
tent. Sic inuenies seruum, qui flagellis quam colaphis cæ-
di malit, & qui mottem ac verbera tolerabiliora credat,
quam contumeliosa verba. Ad tantas ineptias peruentum
est, vt non dolore tantum, sed doloris opinione vexemur
more puerorum, quibus metum incutit umbra, & perso-
natam deformitas, & deprauata facies: lacrymas verò euo-
cant nomina parum grata auribus, & digitorum motus, &
alia quæ impetu quodam erroris improvidi refugunt. In-
iuria propositum hoc habet, aliquem malo afficere. Malo
autem sapientia non relinquit locum. Vltimi enim malum
illi est surditudo: quæ introire vbi iam virtus honestumque
est, non potest.

CAP. V. INIVRIA ergo ad sapientem non peruenit.
Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem

nullius mali est patiens, nulla ad sapientiam iniuria pertinet. Omnis iniuria deminutio eius est, in quem incurrit. Nec potest aliquis iniuriam accipere sine aliquo detrimento vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra non positarum. Sapiens autem nihil perdere potest: omnia in se reposuit, nihil fortunæ credit, bona sua in solido habet contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. Ideoque nec augeri, nec minui potest. Nam in summum perducta, incrementi non habet locum. Nihil eripit fortuna, nisi quod dedit: virtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera est, inuiolabilis, immota, inconcussa, sic contra casus indurata ut nec inclinari quidem, nedum vinci possit. Adversus apparatus terribilium, rectos oculos tenet, nihil ex vultu mutat, siue in dura, siue secunda ostentantur. Itaque nihil perdet, quod perire sensurus sit. Vnius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli nunquam potest: ceteris precario vitur. Quis autem iactura mouetur alieni? Quod si iniuria nihil lædere potest ex his quæ propria sapientis sunt, quia virtute sua salua sunt iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat, cui cognomen Poliorcetes fuit ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, nunquid perdidisset? Nihil, inquit: Omnia namque mea mecum sunt. Atqui & patrimonium eius in prædam cefferat, & filias rapuerat hostis, & patriam. At ille victoriam illi excussit: & se, vrbe capta, non inuictum tantum, sed indemnem esse testatus est: Habebat enim secum vera bona, in quæ non est manus iniectio. At ea quæ dissipata & direpta ferebantur, non iudicabat sua, sed aduentitia. & nutum fortunæ sequentia: ideo non ut propria dilexerat. Omnium enim excriassecus affluentium lubrica & incerta possessio est. Cogita nunc, an huic fur, aut calumniator, aut vicinus potens, aut diues aliquis regnum orbæ senectutis exercens, facere iniuriam possit, cui bellum & hostis ille egregiam artem quassandarum vrbium professus, eripere nihil potuit. Inter micantes vbique gladios, & militarem in rapinam tumultum, inter flammam & sanguinem stragemque impulsæ ciuitatis, inter fragorem templorum super deos suos cadentium, vni homini pax fuit. Non est itaque quod audax iudices promissum: cuius tibi, si parum fidei habeo, sponsorem dabo. Vix enim credis tantum firmitatis in ho-

hominem; aut tantam animi magnitudinem cadere; sed si prodit in medium qui dicat:

CAP. VI. NON est quod dubites, an attollere se homo natus supra humana possit, an dolorès, damna, vlcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa se fremencium securus aspiciat, & dura placidè ferat, & secunda moderatè nec illis cedens, nec his fretus, vnus idemque inter diuersa sit, nec quicquam suum, nisi se putet esse, ea quoque parte qua melior est. Assum hoc vobis probatùs, sub isto tot ciuitatum euersore, munimentà incursum arietis labefieri, & turrium altitudinem cuniculis ac latentibus fossis repente residere, & æquaturum editissimas arces, aggerem crescere: at nullà machinamenta posse reperiri, quæ bene fundatum animum agitent. Erepsi modò è ruinis domus, & incendiis vndique relucens, per flammam, per sanguinem fugi. Filias meas qui casus habeat, an peior publico, nescio. Solus, & senior, & hostilia circa me omnia vident, tamen integrum incolumemque esse censum meum profiteor: teneo, habeo quicquid mei habui. Non est quod me victum, victorem te credas. Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa, & dominum mutantia, vbi sint nescio. Quod ad res meas pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderunt isti diuites patrimonia: libidinosi amores suos, & magno pudoris impendio dilecta scorta: ambitiosi curiam & forum, & loca exercendis in publico vitiiis destinata: sceleratores perdidit tabulas suas, quibus auaritia falso læta, diuitias imaginatur. Ego quidem omnia integrà illibataque habeo. Proinde istos interroga qui flent, qui lamentantur, strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato sint fugiunt. Ergo ita habe, Serene, perfectum illum virum, humanis diuinisque virtutibus plenum, nihil perdere. Bonæ eius solidis & inexuperabilib. munimentis præcincta sunt. Non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander intravit: Non Carthaginis aut Numantiæ mœnia, vna manū capta: Non Capitolium, arcemve. Habent ista hostile vestigium: illa quæ sapientem tuentur, à flamma & ab incursum tuta sunt: nullum introitum præbent, excelsa, inexpugnabilia, diis æqua.

CAP. VII. NON est quod dicas, ita vt soles, hunc sa-

pietent nostrum nusquam inueniri. Non fingimus istud humani ingenij vanum decus, nec ingentem imaginem falsæ rei concipimus: sed qualem confirmamus, exhibuimus & exhibebimus. Rato fortitan, magnisque ætatum interuallis inuenitur. Neque enim magna & excedentia soliam ac vulgarem modum crebro gignuntur. Ceterum hic ipse M. Caro, à cuius mentione hæc disputatio processit, vereor ne supra nostrum exemplar sit. Denique validius debet esse quod lædit, eo quod læditur. Non est autem fortior nequitia virtute. Non potest ergo lædi sapiens. Iniuria in bonos non tentatur nisi à malis. Bonis inter se pax est. Quod si lædi nisi infirmior non potest: malus autem bono infirmior est: nec iniuria bonis, nisi à dispari, verenda est: iniuria in sapientem virum non cadit. Illud enim iam non es admonendus, neminem bonum esse, nisi sapientem. Sed iniuste, inquis, Socrates damnatus est, iniuriam accepit. Hoc loco intelligere nos oportet, posse euenire vt faciat aliquis iniuriam mihi: & ego non accipiam: tanquam si quis rem eam & villa mea surripuit; in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdidit. Potest aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit. Si quis cum vxore tanquam cum aliena concubat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit. Aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam remixtum cibo perdidit. Venenum illud dando, scelere se obligauit, etiam si non nocuit. Non minus latro est, cuius telum opposita veste elusum est. Omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpa factis est, perfecta sunt. Quædam eius conditionis sunt, & hac vice copulantur, vt alterum sine altero esse non possit. Quod dico, conabor facere manifestum. Possum pedes mouere, vt non curram: currere non possum, vt pedes non moueam. Possum quamuis in aqua sim, non natate: si nato, non possum in aqua non esse. Ex hac sorte & hoc est, de quo agitur: si iniuriam accepi, necesse est factam esse: si est facta, non est necesse accepisse me. Multa enim incidere possunt quæ submoueant iniuriam. Vt intentam manum deicere aliquis casus potest, & missa tela declinare: ita iniurias qualescunque potest aliqua res depellere, & in medio intercipere, vt quæ factæ sint nec acceptæ. Præterea nihil iniustum iusticia pati potest: quia non coeunt contraria,

IN SAT. NER. CA.
 laboria sunt non
 iniuria non potest
 CA. VIII. Nihil
 inueniri fortæ, nec
 potest nihil deest
 debet, quam dare
 factus sapiens gaudet
 nocere loquens an potest
 iurari delectat: nec
 proximalque dicit
 Deo. Ad illa mores
 da, æquali & conueni
 no publico natus. A
 concomplexio
 casus diuino iocite
 iniuriam. ab homin
 tura quidem: que
 nuntquam par recte
 habent iracæ leges.
 in quo impetum suum
 que animo accepimus
 ob hoc ne iniuriam
 mus, damna, dolores
 nes, orbiatæ, dicitur
 circumuenitur, non
 pulsus moratur. Et si
 to exagis hominum
 esse?
 CA. IX. Quanta
 rem, vt intemperantia
 cetera forte accedunt
 cas, vt illum opus
 uoluptate est. Am
 des & multa, & ma
 calibus admodum. Qu
 unt. Illud opus mag
 teriam illis per que
 culatæ admodum, ut
 in nos: propterea

traria. Iniuria autem non potest fieri, non iniuste. Ergo sapienti iniuria non potest fieri.

CAP. VIII. NEC est quod mireris, si nemo potest illi iniuriam facere, nec prodesse quidem quisquam potest. & sapienti nihil deest, quo accipere possit loco muneris; & malus nihil potest tribuere sapienti. Habere enim prius debet, quàm dare. Nihil autem habet quo ad se transferens sapiens gauisurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti aut prodesse. Quemadmodum diuina nec iuari desiderant nec lædi possunt. Sapiens autem vicinus proximisque diis consistit, excepta mortalitate, similis Deo. Ad illa nitens pergensque excelsa, ordinata, intrepida, æquali & concordati cursu fluentia, secunda, benigna, bono publico natus, & sibi & aliis salutaris, nihil humile concupiscet, nihil flebit, qui rationi innixus per humanos casus diuino incedet animo. Non habet unde accipiat iniuriam. ab homine ne tantum dicere putas? nec à fortuna quidem: quæ quotiens cum virtute congressa est, nunquam par recessit. Si maximum illud, ultra quod nihil habent iraræ leges, ac saeuissimi domini quod minentur, in quo imperium suum fortuna consumit, æquo placidoque animo accipimus, & scimus mortem malum non esse, ob hoc ne iniuriam quidem: multo facilius alia tolerabimus, damna, dolores, ignominias locorum commutationes, orbitates, discidia: quæ sapientem, etiam si vniuersa circumueniant, non mergunt, nedum ad singulorum impulsus increat. Et si fortunæ iniurias moderatè fert, quanto magis hominum potentium, quos scit fortunæ manus esse?

CAP. IX. OMNIA itaque sic patitur, vt hiemis rigorem, vt intemperantiam cœli, vt feruores morbosque, & cetera sorte accidentia. Nec de quoquam tam bene iudicat, vt illum quicquam putet consilio fecisse: quod in vno sapiente est. Aliorum omnium non consilia sed fraudes & insidiæ, & motus animorum inconditi sunt, quos casibus adnumerat. Omne autem fortuitum citra nos sauit. Illud quoque cogita, iniuriarum latissimè patere materiam illis, per quæ periculum nobis quaesitum est: vt accusatore submisso, aut criminatione falsa, aut irritatis in nos potentiorum motibus, quæque alia inter togatos

latrocinia sunt. Est & illa iniuria frequens, si lucrum alicui excussum est, aut præmium diu captatum; si magno labore affectata hereditas auersa est, & quaestiuosa domus gratia erepta. Hæc effugit sapiens, qui nescit nec in spe, nec in metu viuere. Adiciæ nunc quod iniuriam nemo immota mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur. Caret autem perturbatione vir erectus: moderator sui, alæ quietis & placidæ. Nam si illum tangit iniuria & mouet, & impedit. Caret autem ira sapiens, quam excitat iniuriæ species: nec aliter careret ira, nisi & iniuria, quam scit sibi non posse fieri. Inde tam erectus lætutque est, inde continuo gaudio elatus, ad offensiones rerum hominumque non contrahitur, ut ipsa illa iniuria vsui sit, per quam experimentum sui capie, & virtutem tentat. Faucaimus, obsecro vos, huic proposito, æquisque & animis & auribus assimus, dum sapiens iniurias experitur: nec quicquam ideo petulantia nostræ, aut capacissimis cupiditabus, aut temeritati superbiaque detrahitur. Saluis vitis vestris, hæc sapienti libertas quaeritur, non ut vobis facere non liceat iniuriam, agimus, sed ut ille omnes iniurias in altum demittat, patientisque se ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus sacris plerique vicere, cædentium manus obstinata patientia fatigando. Ex hoc puta genere sapientem eorum qui exercitatione longa ac fidei, robur perpetuendi lassandique omnem inimicam vim consecuti sunt.

CAP. X. QVONIAM priorem partem percurrimus, ad alteram transeamus: in qua quibusdam propriis, plerisque vero communibus contumeliam refutabimus. Contumelia est minor iniuria, quam queri magnis, quam exequi possumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt. Hunc affectum mouet humilitas animi contrahentis se; ob factum dictumque inhonorificum. Ille me hodie non admisit, cum alios admitteret. Sermonem meum aut superbe aduersatus est, aut palam risit, & non in medio me loco, sed imo collocavit? & alia huius notæ. Quæ quid vocem, nisi querelas nauferantis animi, in quas fere delicati & felices incidunt. Non vacat enim hæc notare, cui peiora instant. Nimio otio ingenia natura infirma, & muliebria, & inopia veræ iniuriæ lasciuientia, his comouen-

moventur, quorum pars maior constat vitio interpretantis. Itaque nec prudentiæ quicquam in se esse, nec fiducia ostendit, qui contumelia afficitur. Non dabiè enim contemptum se iudicat. & hic morsus non sine qualiam humilitate animi euenit, supprimentis se ac descendentis. Sapiens autem à nullo contemnitur, magnitudinem suam nouit: nullique tantum de se licere renuntiat sibi: & omnes has quas non miseras animorum, sed molestias dixerim, non vincit, sed ne sentit quidem. Alia sunt quæ sapientem ferunt, etiam si non peruertunt: vt dolor corporis, & debilitas, aut amicorum liberorumque amissio, & patriæ bello flagrantis calamitas. Hæc non nego sentire sapientem. Nec enim lapidis illi duritiam ferriva asserimus. Nulla virtus est, quæ non sentias, perpeti.

CAP XI. Quid ergo est? Quosdam ictus recipit: sed receptos euincit, sanat, & comprimit. Hæc verò minora ne sentit quidem, nec aduersus ea solita illa virtute vitur dura tolerandi: sed aut non annotat, aut digna risu putat. Præterea cum magnam partem contumeliarum superbi insolentisque faciant, & malè felicitatem ferentes, habet quo illum affectum inflatum respuat, pulcherrimam virtutem omnium animi sanitatem magnitudinemque. illa quicquid huiusmodi est transcurrit, vt vanas somniorum species, visusque nocturnos, nihil habentes solidi neque veri: Simul illud cogitat, omnes inferiores esse quàm vt illis audacia sit, tanto excelsiora despiciere. Contumelia à contemptu dicta est, quia nemo, nisi quem contempsit, tali iniuria notat. Nemo autem maiorem melioremque contemnit, etiam si facit aliquid quod contemntes solent. Nam & pueri os parentum ferunt, & crines matris turbauit lacerauitque infans, & sputo asperxit, aut nudauit in conspectu suorum tegenda, & verbis obscenioribus non pepercit: & nihil horum contumeliam dicimus. Quare? quia qui fecit, contemnere non potest. Eadem cauta est, cur nos mancipiorum nostrorum vrbalitas in dominos contumeliosa delectet: quorum audacia ita demum sibi in conuiuas ius facit, si cepit à domino. Vt qui que contemptissimus & vt maximè ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidam in hoc mercantur procaçes, & eorum impudentiam acuant, & sub magistro habent, qui

probra meditatè effundant. Nec has contumelias vocamus, sed argutias.

CAP. XII. QUANTA autem dementia est iisdem modo delectari, modo offendi: & rem ab amico dictam, maledictum vocare: à serulo, ioculari conuicium? Quem animum nos aduersus pueros habemus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiam post iuuentam canòsque puerilitas est. An quicquam isti profecerunt, quibus animi mala sunt, auctique in maius errores, qui à pueris magnitudine tantum formaque corporum differunt: ceterum non minus vagi incerti que voluptatem sine dilectu appetentes, trepidi, & non ingenio, sed formidine quiri? Non ideo quicquam inter illos pueròsque interesse quis dixerit, quod illis talorum nucumque & æris minuti auaritia est, his auri argenti que & vibium: quod illi inter ipsos magistratus gerunt, & prætextam facèsque ac tribunal imitantur: hi eadem in campo foro que & in curia ludunt. Illi in litoribus arena congesta simulacra domum excitant: hi vt magnum aliquid agentes, in lapidibus ac parietibus & tectis moliendis occupati, ad tutelam corporum inuenta, in periculum verterunt. Ergo par pueris, longiusque progressis, sed in alia maiora que error est. Non immerito itaque horum contumelias sapiens vt iocos accipit: & aliquando illos, tanquam pueros malo poenaeque admonet, & afficit: non quia accepit iniuriam, sed quia fecerunt, & vt desinant facere. Sic enim & pecora verberare domantur: nec irascimur illis, cum sessorem recusa uerint: sed compefcimus, vt dolor contumaciam vincat. Ergo & illud solum scies, quod nobis opponitur, quare si non accepit iniuriam nec contumeliam sapiens, punit eos qui fecerunt? Non enim se vlcisitur, sed illos emendat.

CAP. XIII. QUID est autem quare hanc animi firmitatem non credas in virum sapientem cadere, cum tibi in aliis idem non notare, sed non ex eadem causa liceat? Quis enim phrenetico medicus irascitur? quis febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accipit? Hunc affectum aduersus omnes habet sapiens, quem aduersus ægros suos medicus: quorum nec obscœna, si remedio egent, contrectare, nec reliquis & effusa intueri dedit.

IN SA...
 dicitur: nec per...
 cal. sic sapient...
 dunt, coloration...
 bor quam argu...
 dem, si quid in...
 dentem: & quo...
 eodem patre dicit...
 ce fisti, si non me...
 dicabit si illi h...
 tationem non red...
 multi dicitur imp...
 differe, immo in...
 to egent, & cum...
 Attali ve Alia...
 transferit. Sed...
 invidiam quam...
 ægros inuadit...
 mihi non reddere...
 negotiorum, ne...
 quorum taberna...
 sunt? Non, vt p...
 mo nisi malis...
 nitatemque ag...
 Medos & Bact...
 pter quos reman...
 mos, sed ven...
 Nullus ergo mon...
 se differunt. Sapi...
 titum omnes pu...
 inimia mouerunt...
 esse securus. Scia...
 est: nec contum...
 stam, hancem h...
 quo quique contum...

CAP. XIV. T...
 transiunt in...
 quos habere...
 laxam solent...
 accedat, vt multu...

dedignatur, nec per furorem sanientium excipere conuicia. Scit sapiens, omnes hos qui togati purpuratique incedunt, coloratos maleque sanos esse: quos non aliter videt, quam agros inemperantes. Itaque ne succenset quidem, si quid in morbo petulantius ausi sunt aduersus medentem: & quo animo honores eorum nihilo æstimat, eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placeat sibi, si illum mendicus coluerit: nec contumeliam iudicabit si illi homo plebis vltimæ salutanti mutuatam salutacionem non reddiderit: sic nec suspiciet quidem si illum multi diuites suspexerint. Scit enim illos nihil à mendicis differere, immo miseresiores esse. Illi enim exiguo, hi multo egent. & rursus non tangetur, si illam rex Medorum, Attalusve Asiæ, salutantem silentio ac vultu arroganti transferit. Scit statum eius non magis habere quicquam inuidendum, quam eius cui in magna familia cura obigit agros insanosque compescere. Num molestè feram, si mihi non reddiderit nomen aliquis ex his qui ad Castoris negotiantur, nequam mancipia ementes vendentesque, quorum tabernæ pessimorum feruorum turba refertæ sunt? Non, vt puto, quid enim is boni habet, sub quo nemo nisi malus est? Ergo vt huius gumanitatem inhumanitatemque negligit, ita & regis. Habes sub te Parthos, Medos, & Bactrianos? sed quos metu continet, sed propter quos remittere arcum tibi non contigit, sed postremos, sed venales, sed nouum aucupantes dominum. Nullius ergo mouebitur contumelia. Omnes enim inter se differunt. Sapiens quidem pares illos ob æqualem stultitiam omnes putat. Nam si semel se dimiserit eo, vt aut iniuria moueatur, aut contumelia, non poterit vnquam esse securus. Securitas autem proprium bonum sapientis est: nec committet vt vindicando sibi contumeliam factam, honorem habeat ei qui fecit. Necessè est enim, à quo quisque contemni molestè fert, suspici gaudeat.

CAP. XIV. TANTA quosdam dementia tenet, vt contumeliam sibi posse fieri putent à muliere. Quid refert quot habeat lecticarios, quam oneratas aures, quam laxam sellam? æque impudens animal est, & nisi scientia accessit, ac multa erudicio, ferum, cupiditatum inconti-

nens. Quidam se à cinerario impulsos molestè ferunt, & contumeliam vocant ostiarij difficultatem, nomenclatoris superbiam, cubicularij supercilium. O quantus inter ista risus tollendus est, quanta voluptate implendus animus ex alienorum errorum tumultu, contemplanti quietem suam. Quid ergo? Sapiens non accedet ad fores quas durus ianitor obsidet? Ille verò, si res necessaria vocabit, experietur & illum, quisquis erit, tanquam canem acrem, obiecto cibo leniet, nec indignabitur aliquid impendere, vt limen transeat, cogitans, & in pontibus quibusdam prætransitu dari. Itaque illi quoque, quisquis erit, qui hoc salutationum publicum exercet, donabit. Scit emere venalia. Ille pusilli animi est, qui sibi placet quod ostiario venerè respondit, quod virgam eius fregit: quod ad dominum accessit & petit corium. Facit se aduersarium qui contempdit, & vt vincat, par fuit. At sapiens colaphis percussus, quid faciet? Quod Cato, cum illi os percussum esset: non excanduit, non vindicauit iniuriam. ne remisit quidem: sed factam negauit. Maiore animo non agnouit, quam ignoisset. Non diu in hoc habebimus. Quis enim nescit, nihil ex his quæ creduntur bona aut mala, ita videri sapienti, vt omnibus? Non respicit quid homines turpe iudicent, aut miserum: non ita qua populus: sed vt sydera contrarium mundo iter intendunt, ita hic aduersus opinionem omnium vadit.

CAP. XV. DESINITE itaque dicere: Non accipiet ergo sapiens iniuriam, si cædetur? si oculus illi eruetur? non accipiet contumeliam, si obscenorum vocibus improbis per forum ageatur? si in conuiuio regis recumbere infra mensam vescique cum seruis ignominiosa officia sortitis iubebitur? si quid aliud ferre cogitur, eorum quæ excogitari pudori ingenuo molesta possunt? In quantumcunque ista vel numero, vel magnitudine creuerint, eiusdem naturæ erunt. Si non tangent illum parua, ne maiora quidem. Si non tangent pauca, ne plura quidem. Sed ex imbecillitate vera coniecturam capitis ingentis animi & cum cogitastis quantum putetis vos pati posse, sapientis patientiæ paulo vltiorem terminum ponitis. At illum in albis mundi finibus sua virtus collocauit, nihil vobiscum commune habentem. Quare & si aspera, & quacunque

IN SAP. VNA
 non tolerat. quia
 la inguere. non
 legulis talis vniuersis
 operari. Mod. in
 certos fines teneri,
 vincatur. Nec putet
 quem vos patrom
 mollia ac delecta
 Rara. inquit, sapient
 sit vii vocem. Vn
 mouere? Domus ha
 pita sine apparatu
 venal. salubro dig
 ab ostiaris liberat
 sibi locum. vos in
 corpori plurimum
 quid apud nos in
 naturæ inconstan
 ti: nos, iniurias
 repugnare.
 CAP. XVI.
 verberari &
 ista negamus in
 himus: sed non
 te salua. Vt
 quidem iniuria
 duos interit? Q
 alter premit vlt
 manentem populi
 potitur. Non est
 Ad quidem a
 exempla bono
 tatum vniuersis
 equa despicere
 conspiciant.
 sta accedunt.
 Ita iudicium
 secundum est
 capitis mei leni
 nem, & in

cunque toleratu graua sunt, audituque & visu refugien-
da, ingruerint, non obruetur etiam eorum cœtu:& qualis
singulis talis vniuersis obfister. Qui dicit illud tolerabile
sapienti, illud intolerabile, & animi magnitudinem intra
certos fines teneri, malè agit. Vincit nos fortuna, nisi tota
vincatur. Nec putés istam Stoicam esse duritiã. Epicurus,
quem vos patronum inertia vestra assumitis, putatisque
mollia ac desidiofa præcipere, & ad voluptates ducentias
Rara, inquit, sapienti interuenit fortuna. Quam peuè emi-
sit viri vocem. Vis tu fortius loqui, & illam ex toto sub-
mouere? Domus hæc sapientis augusta sine cultu, sine stre-
pitu, sine apparatu, nullis obseruatur ianitoribus, turbam
venali fastidio digerentibus. sed per hoc limen vacuum, &
ab ostiariis liberum fortuna non transit. Scit non esse illic
sibi locum, vbi sui nihil est. Quod si Epicurus quoque, qui
corpori plurimum indulfit, aduersus iniurias exurgit:
quid apud nos incredibile videri potest, aut supra humanæ
naturæ mensuram? Ille ait iniurias tolerabile esse sapien-
ti: nos, iniurias non esse. Nec est quod dicas hoc naturæ
repugnare.

CAP. XVI. NON negamus rem incommodam esse
verberari & impelli, & aliquo membro carere: sed omnia
ista negamus iniurias esse. non sensum illis doloris detra-
himus: sed nomen iniuriæ: quod non potest recipi virtute
salua. Vter verius dicat, videbimus. Ad contemptum
quidem iniuriæ vterque consentit. Quæris quid inter
duos intersit? Quid inter gladiatores fortissimos: quorum
alter premit vnus & stat in gradu: alter respiciens ad cla-
mantem populum significat nihil esse, & intercedi non
patitur. Non est quod putes magnum, quo dissidemus Il-
lidquidem agitur, quod vnum ad nos pertinet. Vtraque
exempla hortantur, contemnere & iniurias, & quas iniu-
riarum vmbra ac suspensiones dixerim, contumelias. Ad
quas despiciendas non sapienti opus est viro, sed tantum
conspiciente, qui sibi possit dicere: Vtrum merito mihi i-
sta accidunt, an immerito? Si merito, non est contume-
lia, iudicium est. Si immerito, illi qui iniuste facit, erube-
scendum est. Et quid est illud quod contumelia dicitur? In
capitis mei leuitatem iocatus est, & in oculorum valitudi-
nem, & in crurum gracilitatem, & in staturam. Quæ contu-

melia est, quod apparet, audire? Coram vno aliquid dictum ridemus, coram pluribus indignamur: & eorum aliis libertatem non relinquimus, quæ ipsi in nos dicere assueuimus. Locis temperatis delectamur, immodicis irascimur.

CAP. XVII. CHRYSIPPVS ait quendam indignatum, quod illum aliquis veruecem marinum dixerat. In senatu flentem vidimus Fidum Cornelium Nasonis generum, cum illum Corbulo Strathiocamelum depilatum dixisset. Aduersus alia maledicta, mores & vitam conuulnerantia frontis illi firmitas constitit: aduersus hoc tam absurdum lacrymæ procciderunt. Tanta animotum imbecillitas est, ubi ratio discessit. Quid, quod offendimur, si quod sermonem nostrum imitatur, si quis incessum, si quis vitium aliquod corporis aut linguæ exprimit? quasi notiora illa fiant alio imitante, quam nobis facientibus. Senectutem quidam inuiti audiunt, & canos, & alia, ad quæ voto peruenitur. Paupertatis maledictum quosdam perussit, quam sibi obiecit, quisquis abscondit. Itaque materia petulantibus & per contumeliam vrbani detrahitur, si vltro illam & prior occupes. Nemo aliis risum præbuit qui ex se cepit. Vatinium hominem natum & ad risum, & ad odium. scurram fuisse venustum ac dicacem, memoriæ proditum est. In pedes suos ipse plurima dicebat, & in fauces concisas: sic inimicorum, quos plures habebat quam morbos, & in primis Ciceronis vrbasitatem effugit. Si ille hoc potuit duritia oris, qui assiduis conuiciis depudere didicerat: cur is non possit qui studiis liberalibus & sapientiæ cultu ad aliquem profectum peruenit? Adice quod genus vltionis est, eripere ei qui fecit, contumeliæ voluptatem. Solent dicere: Miserum me, puto non intellexit. adeo fructus contumeliæ in sensu & indignatione patientis est. Deinde non deerit illi aliquando par. Inuenietur qui te quoque vindicet.

CAP. XVIII. CÆSAR inter cetera vitia quibus abundabat, contumeliosus, mirabili studio ferebatur omnes aliqua nota ferendi, ipse materia risus benignissimus. Tanta illi palloris insaniam restantis fœditas erat, tanta oculorum sub fronte anili latentium toruitas, tanta capillis destituti, & emendicatis capillis aspersi deformitas.

Adice

Adice oblectam fere
 osenturam pedum
 fere, per que in
 dicit, per que in
 certio detestor. In
 habebat. feroent
 tumelas inuenit
 voce christiana. qu
 cit. Dii boni. hoc r
 collicentium per
 amico, sed tam
 narret, & fustid
 non pro manu tra
 ses, suspicior. Ho
 modo Priapi dabo
 mollitiam. Ma
 Cœgic itaque ill
 Ille primus in
 mediam vno ist
 blicas ac primar
 est. Sed primus v
 omni contumel
 faciendarum es
 qui illum Cæsar
 rio, quod Callig
 Alumnus leges
 bus familiarior
 ciam & probum
 solatio erit etiam
 turum aliquem
 iniuriolo: que
 contumelia co
 quorum laudat
 rum publican
 accepit, quæ
 pe immitis se
 barbara & Tar
 trem idem est
 CAP. XIX.
 niendam. proce

Adiice obfessam fetis cervicem, & exilitatem crurum, & enormitatem pedum. Immensum est, si velim singula referre, per quæ in parentes avosque suos contumeliosus fuit, per quæ in vniuersos ordines. ea referam quæ illum exitio dederunt. Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, & vix æquo animo alienas contumelias latarum. Huic in conuiuio, item in concione, voce clarissima, qualis in concubitu esset vxor eius, obiecit. Dij boni, hoc virum audite, principem scire, & vsque colicentiam peruenisse, vt non dico consulari, non dico amico, sed tantum marito princeps & adulterium suum narret, & fastidium? De Chærea tribuno militum, sermo non pro manu erat, quod languidus sono, & ni facta nosse, suspectior. Huic Caius signum petenti, modo Veneris, modo Priapi dabat: aliter atque aliter exprobrans armato molliam. Hæc, ipse perlucidus, crepidatus, armillatus. Coëgit itaque illum vti ferro, ne sæpius signum peteret. Ille primus inter cõiuratos manum sustulit: ille cervicem mediam vno ictu decidit: plurimum deinde vndique publicas ac priuatas iniurias vleiscentiũ gladiatorum ingestum est. Sed primus vir fuit, qui minimè visus est. At idem Caius omnia contumelias putabat, & fuit ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus. Iratus fuit Herennio Mactro, qui illum Carum salutauerat: nec impunè cessit primipilario, quod Caligulam dixerat. Hoc enim in castris natus, & Alumnus legionum vocari solebat, nullo nomine militibus familiarior vnquam factus: sed iam Caligulam contumeliam & probrum iudicabat. Conturbatis ergo hoc ipsam solatio erit etiam si nostra facilitas vltionem omiserit, futurum aliquem, qui poenas exigat à proce, & superbo, & iniurioso: quæ vitia nunquam in vno homine, & in vna contumelia consumuntur. Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus patientiam: vt Socratis, qui comediarum publicatos in se & spectatos sales in partem bonam accepit, risitque non minus, quam cum ab vxore Xanthippe immunda aqua perfunderetur. At Iphicrates, cui matris barbara & Thressa obieciebatur, respondit, & decorum matrem Idæam esse.

CAP. XIX. NON est in rixam colluctationemque veniendum. procul auferendi pedes sunt: & quicquid ho-

rum ab imprudentioribus fiet, fieri autem nisi ab imprudentibus non potest, negligendum. Et honores & iniuriæ vulgi in promiscuo habendi sunt. Nec his dolendum, nec illis gaudendum. Alioquin multa, timore contumeliarum aut tadio, necessaria omitemus, & publicis priuatisque officiis, aliquando etiam salutaribus, non occurremus, dum muliebris nos cura angit, aliquid contra animum audiendi: aliquando etiam irati potentibus, detegemus hunc affectum intemperanti libertatē. Non est autem liberitas, nihil pati? Fallimur? libertas est, animum opponere iniuriis, & eum facere se ex quo solo sibi gaudenda veniant: exteriora deducere à se, ne inquieta agenda sit vita, omnium risus, omnium linguas timenti. Quis est enim, qui non possit contumeliam facere, si quisquam potest? Diuerso autem remedio utetur sapiens affectatorque sapientiae. Imperfectis enim, & adhuc ad publicum se iudicium diligentibus, hoc prouidendum est, inter iniurias ipsos contumeliasque debere versari. Omnia leuiora accidunt expectantibus quo quisque honestior genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat: memor, in prima acie altos ordines stare, contumelias & verba probrosa, & ignominias, & cetera dehonesta, velut clamorem hostium ferat, & longinqua tela, & saxa sine vulnere circa galeas crepitanantia. Iniurias verò, vt vulnere, alia armis, alia pectori infixas, non deiectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Etiam si premeris, & infesta vi vrgeris, cedere turpe est, assignatum à natura locum tueri. Quæris quis hic sit locus? Viri. Sapienti aliud auxilium est huic contrarium. Vos enim rem geritis: illi parva victoria est. Ne repugnet vestro bono, & hanc spem, dum ad verum peruenitis, alite in animis: libenterque meliora excipite, & opinione ac voto iuuat. Esse aliquem inuictum, esse aliquem in quem nihil fortuna possit, è Republica humani generis est.

L. AN-

DE MA

L. ANN

DE BR

LII



in iplo vita app
opinantur, m
mitie. clarom
cauit. Inde illa
tam breuem esse
rum natura ex g
est: illam anima
secula educta,
tanto citiorum
habemus, sed m
maximam terro
ta bene collocat
delin, vt uult
cellitate cogno
tunc. Ita et m
nec inopes tunc
opes, vbi ad
dissipantur: ut
sunt, hys cruce
rum p. ant.